Anno Domini M°CC°XIX°. postquam mi[li]taverat, patris sui defuncti exigentibus meritis graves /. 131'
inimicitie enascebantur inter ecclesiam Magun-
tinam et ipsum Lodewicum, ita quod episco-
pus Siffridus eum denunciaret excommunica-
tum, asserens patrem eius sub excommunica-
tione decessisse. Unde ipse dolore nimio motus,
eo quod iniuste erga eum episcopus moveretur,
collectis exercitibus, Hassiam manu valida
est ingressus, debellans et devastans omnes
auxiliares archiepiscopi, videlicet nobilem c. 422
Hartmodum de Merinberg et illos de Schaf-
fingen, igni succendit, et sic bene prospe-
ratus in Thuringiam reversus est. [Eodem
anno XII. Kalendas Maii idem princeps et archi-
episcopus Maguntinus reconciliati sunt in
Fulda in ecclesia sancti Bonifacii, ubi tabo-
latus est lantgravius cum omnibus fautori-
bus suis et patre iam defuncto.] Anno Domini
M°CC°XX°.

His Lodewicus occulta inspiratione divina bea-
tam Elizabeth sibi desponsatam nimio amore
dilexit, qui nimirum ab initio solitus erat, cum
aliunde rediret, cum allatis exemiis honorare et
amplexibus delinire. Propter diversas perfidorum
variasque malignorum consilia nonnulli de nup-
tiis Elizabeth dubitare ceperunt. Erant tamen
in Thuringia quidam nobiles viri iusti predi-
torum malignationibus rationabiliter obsistentes.
Inter quos fuit Walterus de Varila miles, vir
bonus, qui a patre huius principis destinatus
in Ungariam beatam Elizabeth adduxerat et
in Thuringiam. Hic vice quadam adsponsam

aperta add., rec dd.

kalend

b) arch//episcopus

c) delinere

d) malignat e) non//nulle

f) adduxerat